Sancti Iacobi in Compoſtella, nec non Religionis & Caſtitatis votis dumtaxat exceptis] in alia pietatis opera commutandi, &c. Doctor Henriquez To. 1. lib. 7. de Indulgẽtiis cap. 28. nu. 4. hanc conceſſionem ſic explicat. Huic confeſſario, ſcilicet regulari debite pręſentato, & ab Ordinario acceptato pręter abſolutionem à peccatis & cenſuris conceditur, commutare in rem fere ęqualem vota omnia, excepto voto vltramarino, ideſt in ſubſidium terrę ſanctę, & B. Petri & Pauli in Vrbe. S. Iacobi, in Compoſtella, Caſtitatis & Religionis, ſecũdo extẽdit hęc facultas ad commutanda ſimilia iuramenta, quę principaliter fiunt Deo, non tamen ſi id cedat in pręiudicium tertij: commutat vota etiam iurata, quę ex duplici vinculo ſunt firmiora. Nec cẽſetur pręiudicium tertij, ſi quis voueat aut iuret Deo dare calicem huic monaſterio, poteſt enim excommutatione Epiſcopi dare alteri monaſterio, aut pio operi. Nauar. cap. 12. nu. 78. & multi Doct. quia hinc nõ eſt quęſitum ius monaſterio, ſed Deo & poteſt Dei Vicarius moderare reſtitutionẽ Deo debitam, non ita debitam homini. Palud. 4. diſtinct. 15. q. 5. colum. 2.

¶ Et